

DE PYRITE, QUI COLORE SIMILIS EST GALENÆ. Cap XVIII.

Quartas species pyritis, similis est galenæ, ein glantzichter Eyß. Sed Agricola semit forsitan neque galenam, neq; pyriten esse, sed suum quoddam habere genus. & uerum est, pyrite neq; colorem, neq; duritiem habet, à galena autem, cuius colorem habet, prorsus materia differt. Coquitur ex eo aurum & argentum. Et reperitur in magna copia Reichensteyni subtilis admodum: & admiscetur nonnunquã præcedenti speciei, ut dictum est. Reperitur & Raurisi maior, sed hæc continet plus argenti, minus auri: e contra quæ Reichensteyni inuenitur, plus auri, minus continet argenti, uel aurum solum.

DE PYRITE COLORIS CINERACCI. Caput XIX.

Quinta species pyritis est cineracci coloris, is subtilis admodum reperitur etiam Reichensteyni, & dicitur ein grawer Eyß / & admiscetur præcedenti speciei, ut ex illa possit etiam excoqui aurum. Hæc item species, paulo diuerso modo, reperitur Aldenbergi etiam in Silesia, unde etiam conflatur aurum & argentum. Quam speciem mihi aliquando metallicus quidam prius non uisam demonstrauit.

DE